

nis audiuius. Et dicit ei. sequere me. Ac si apte dicat
 quod ipse prius. pro tua redemptione. crucis supplicium subire non
 timuit. cur tu. pro mei confessione nominis crucem pati formi
 des. quae gloriose martyrii palma clarificaberis. quo in
 hac. pro merenda magistri iter sequeris. Tam uero ab euan
 gelista non subditur. quid post haec dicta. dominus et discipuli fe
 cerint. sed ex eo tamen innuitur. quod subiungitur. Con
 uersus petrus. uidit illum discipulum quem diligebat. ih̄c
 sequentem. Patet namque. quia cum dixisset petro. sequere
 me. id est crucem patiendo imitare. surrexit de loco conuiuii.
 et abire iam coepit. Secutus est autem cum petrus. etiam
 incessu pedum. cupiens implere quod audiuit. sequere me.
 Secutus et ille discipulus. quem diligebat ih̄c. Neque enim ar
 cendum se a consecrati christi putabat. qui non minore se
 gratia dilectionis. christo complexum nouerat. Neque incre
 dibile est. ideo utrumque discipulum corporali gressu. uestigia
 domini secutum. quia necdum intellexerat quid significaue
 rit. in eo quod petrum se sequi praecepit. Notum autem
 noni uerae fraternitati. qui sit ille discipulus. quem diligebat.
 Iohannes uidelicet ipse. cuius hodie natalicia festa
 celebramus. qui hoc scripsit euangelium. Atque ideo suam